



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Lugduni, 1652-1663**

Cap. 2. De sponsalium obligatione. vbi de arrhis fideiussore, & pacto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80577)

# 4 Theologia Moralís Lib. XXIV.

Matrimonio cenſetur diſpoſuiſſe idem in ſponſalibus. *Sotus in 4. diſt. 2. q. 2. a. 2. ad p. Sylueſt. v. ſponſalia q. 2. Sanch. d. 16. q. 2.*



## CAPVT II.

### De Sponſalium obligatione. Vbi de Arris, Fideiuſſore, & Pacto.

20  
Oritur ex ſponſalibus obligatio ſub mortali.

Conditionibus ſponſalium expoſitis, agendum mihi de eorum obligatione ſue quæ oritur ab intrinſeco ratione præcepti præſcribentis fidem, ſue ab extrinſeco ratione coactionis iudicialis, vel cõventionalis. Oritur ergo ex ſponſalibus obligatio ſub mortali. Quia *Cap. Literis 2. & Cap. Requiſitum, de ſponſal. ſupponitur ſpõſalia obligare ad ſui impletionem, & cum materia grauis ſit, obligat ſub lethali. Et quia obligatio ex contractu eſt ex iuſticia & ſub mortali: talis autem eſt obligatio ex ſponſalibus. Sotus in 4. diſt. 17. q. 2. a. 5. Angel. verb. ſponſalia, n. 21. Sylueſt. ibi. q. 4. Sanch. d. 17.*

21  
Si terminus præfixus non eſt, non tenentur illi ſponſalia implere.

Si nullus ſit præfixus obligationi terminus, nec alia cõditio, non tenentur, qui promiſiſſe ſpõſalia, illa ſtatim implere, ſed tunc quãdo requiritur ab eo cui facta eſt promiſſio: tunc autem obligatur, ſi commode poteſt. Quia id eſt generale in omni debito abſque diei præfixione. *Abbas Cap. ſin. de præſcript. n. 19. Sylueſt. v. Forum 2. q. 1. Nauar. c. 17. n. 79. Sanch. d. 18.*

22  
Quid agendum cum eo qui recuſat implere ſponſalia.

Qui abſque cauſa legitima recuſat ſponſalium fidem implere, prius monendus eſt, & ſi tenetur, cogendus per Cenſurã à Iudice Eccleſiaſtico: niſi attentis circumſtantiis, prudẽter arbitretur Iudex, ex inuitis Nuptiis poſſe timeri ſcandala, diſſeſiones, ac infelices exitus. Colligo ex *Cap. Ex literis 2. de ſponſal. Quod ſi cap. Requiſitum, de ſponſal. dicitur, non eſſe cogendũ, intellexerim, quãdo rationabilis cauſa obſtiterit. Gloſ. Cap. 2. de ſpõſal. v. Impoſitione. Abbas n. 4. Felin. n. 14. Sylueſt. v. ſponſalia, q. 14. & alij.*

23  
Pœna addita ſponſalibus irrita eſt.

Pœna adiecta contractui ſponſalium eſt irrita, ideõque iſ, qui ſponſalia violat in vtroque foro non tenetur eã ſoluere. Quia ſic conſultur Matrimonij libertati. Definunt *Cap. Gemma, de ſponſal. & Leg. Tertia, ff. de verborum obligat. Sylueſt. v. ſponſalia, q. 8. & alij cum Sanch. d. 30. Quod ſi alterius ſponſorũ interſit, vel dandum patiat, poterit pœna exigi ratione intereſſe damni emergentis, & ratione iniuſtitiæ admiffæ à violante fidem: non vi pœnæ adiectæ, ſi item illa ſoluatur, recipiẽs non tenetur reſtituere, donec iuridicẽ coactus, ad reſtитуtionem condemnatur. Plura Sanch. d. 31.*

24  
Etiam ſi iurata ſit.

Si pœna adiecta iuramenti firmetur, non propterea addit obligationẽ. Quia pœnæ promiſſio eſt interdica ob publicam vtilitatem, nempe ob libertatẽ Matrimonij ex *Cap. Gemma, citato. Actus autem principaliter prohibitus in fauorem publicum, non firmatur iuramento, Cap. ſi diligenti, de foro compet. cap. 2. de pact. in 6. Plura Sanch. d. 31. n. 8. & d. 33. & 34. vbi de variis pœnæ appoſitionibus.*

25  
Non eſt culpa lethalis, ſponſalia ante aetatem

Si ſponſalia ante legitimam celebretur etatem, non eſt propterea culpa mortalis. Quia *Cap. 2. de ſponſ. impuber. vbi videtur eſſe præceptũ, intelligitur tantũ de Matrimonio: & pa-*

tet ex verbo. *Coniugantur*, quod ſolummodo legitimum Matrimonio de præſenti conuenit. Et quia nulla infertur tertie perſonæ iniuria, nec Samento. *Filliuc. tr. 10. n. 259.*

Iam de Arris appoſiti ſolitiſ in ſponſalibus differam præmittendo, arras ſumi primò pro donatione, quam vir facit vxori in præmium dotis, ſecũdo, pro donatione propter Nuptias. Tertio pro pignore, quod datur inter ſponſos in ſignum Matrimonij complendi: & hoc in ſenſu ſumitur in præſenti.

Licitum eſt arras apponere amittendas per ſponſalium fidei violationem. *Leg. Arris. l. ſin. Cod. de ſponſal. Arra traditur in ſecuritatem Matrimonij, pœna vt adſtringat contrahentes: quare illa reſpicit actum fauorabilem, hæc diſpoſitiuũ, odioſum: ideo illa valet, non pœna. Hinc eſt, vt arras tradenda ſint, vt valeant. Quia leges ſemper de arras loquuntur. *leg. ſin. Cod. de ſponſal. Angel. verb. ſponſalia, n. m. 4. Sylueſt. ibi. q. 9. & alij, quos ſequitur Sanch. d. 35.**

Poſſunt conſtitui arras in quacumque quantitate. Quia leges quæ eas permittunt, indiſtinctè loquuntur, & reſpicunt ad ea, quæ frequentius accidunt: frequentius autem modicæ ſunt. *Hoſtienſ. ſum. tit. de ſponſal. §. 1. n. 2. Couar. de Matri. p. 1. c. 3. §. 7. n. 9. & alij cũ Sanch. d. 35. n. 9. Erit autem proba cautela tradere magnas pro ſecuritate. Item poſſunt arras conſtitui tam in rebus immobilibus, vt fundo: quam in pecunia, & poſſunt vtrinque tradi, vt Doctores citati edocent.*

Arrarum natura hæc eſt, vt eas amittat, qui tradit ſi culpa ſua Matrimoniuũ nõ ſequatur: eo autem ſecreto, redeunt ad eum, qui tradidit. *leg. ſin. Cod. de ſponſal. Sylueſt. v. ſponſalia, q. 9. Angel. l. i. c. 17. Quod ſi quis citra culpam recedat, non amittit, ſed ipſemet ſunt reſtituenda. Quia vbi culpa abeſt, debet abeſſe pœna. *leg. Arris & l. ſin. Cod. eodẽm. Et in ſpecie ob ingreſſum in Religionem non amittuntur, l. Deo nobis. C. de Episcopis & clericis. & communi Doctõrum ſenſu ex Sanch. d. 36. Quando autẽ alter tantum dedit arras, & matrimonium non ſequitur culpa eius, qui non dedit, tenetur duplum reſtituere, hoc eſt, iplas arras receptas, & tantumdem de ſuo patrimonio. Excipe, niſi ſit minor 25. annis, nõ impetrauit veſtigatitatis, tunc enim tantum tenetur arras reſtituere, ſi per ipſũ ſtetit. *l. ſin. Cod. de ſponſ. Innoc. c. Gima. Ioa. Andre. n. 8. Quando demũ vterque arras dedit, & recepit, iniuſtè recedens, perdit ſuas, & reſtituit quas accepit. Plura Sanch. d. 36.***

Pœna legalis dupli non debetur ante ſententiam Iudicis. Quia eſt pœna lege impoſita, quæ ſecundũ omnes poſtulat Iudicis ſententiã: ſed tenetur ſolum reſtituere arras receptas: id enim eſt conditio annexa nature contractus. *Sylueſt. v. Arra, q. 4. Lopez p. 2. Inſtr. c. 56. Pœna autem conuenſionalis quadrupli ex receptiori ſententia non debetur ante Iudicis ſententiã. Quia talis eſt contrahentiũ intentio, niſi aliud exprimat; eſt enim imponere pœnã iuxta ius cõmune: hoc autẽ nõ imponit niſi per ſententiã. *Lopez l. 1. de contract. c. 31. Nauar. c. 23. n. 67. Filliuc. tr. 10. n. 168. Sanch. d. 37. n. 4.**

Poſſunt quidẽ alia pacta in ſpõſalibus intervenire. Poſſunt enim pro ſecuritate Matrimonij intervenire Fideiuſſores. Quia nullo id iure prohibetur. *Hoſtienſ. ſum. tit. de ſponſal. §. 1. a. 2. & alij*

26  
Arra vbi ſignificatiua eſt.

27  
Licita ſunt arras amittenda ob violationem ſponſalium.

28  
In quacumque quantitate conſtitui poſſunt.

29  
Amittit qui ſua culpa Matrimonium impedit.

30  
Pœna dupli, aut quadrupli ante ſententiam non debetur.

31  
Fideiuſſores poſſunt intervenire ſponſalibus.

Se<sup>ct</sup>. I. De Sponsalibus Recep Sentent. 5

ali. Pignus autem si præcedat, stipulatio pœna non valet. Quia cum principale, id est pœna, non valeat: corruet etiam accessorium. Si verò præcedat stipulatio arratum, valet. Quia arræ ipse valent. Sanch. d. 58.

Secundum pactum est, vt vir teneatur in certo Oppido moram trahere cum vxore, et si eundem frangens aliud migret, teneatur vxor eum sequi, & valeat pœna inposita fragenti fidem. Quæstio, num valeat hoc pactum? Valet quidem. Quia vt quis in traditione rei suæ potest quodlibet pactum interponere. Et multo magis in sui traditione. Cap. *Erunt de condit. apposi. l. 1. c. de pœn. l. 1.* Si autem noua causa recedendi inperuenerit, vt quia cœlum est minus salubre, v. l. quia contraxit capitales inimicitias: excusabitur, si absq; causa vir domicilium mutet, vxor non teneatur eum comitari. Quia in tali casu lex diuina non obligat. Angel. Syluest. A. mil. Nauar. c. 14. n. 70. referri, & legitur Sanch. d. 40.

Cessante verò pacto, si vir transferat aliud domicilium, vxor teneatur sequi verum. Cap. *Quæque 1. c. 1.* Quia coniuges tenentur ad mutuam obsequium, & vir est caput mulieris. Ni faciat, peccat mortaliter. Nauar. c. 14. n. 70. Sanch. d. 41. si sequatur ex hoc graue detrimentum corporis, vel animæ, excusabitur. Nec requiritur in viro causa iusta, domicilium mutandi: sed satis est non adesse causam turpem, & inhonestam. Quia est caput Filliuc. *l. 10. n. 270.*

Si vir velit vagari, quod tempore contractus Matrimonij non solebat: vel si solebat, id vxor ignorauit: non teneatur eum sequi. Quia est grauissimum onus, nisi iuste vagari vellet, vel facile posset vxor eum comitari. Aut solebat, & vxor sciuit: & tunc teneatur. Quia sciens visa est mariti mores approbare, modo tamen vir ex honesta causa vagetur. Præterea si vir aliud se transferat causa ibi commemorandi ad tempus, & eo transacto, reuertendi: si tempus breue sit, non tenebitur vxor sequi. si longum, tenebitur. Eodem que modo si vir in exilium mittatur ob delictum, tenebitur vxor eum sequi. Quia vxor debet sequi viri infortunium. *l. si cum dotem. ff. sol. matrim.* Denique quando vxor ex causa necessaria à domicilio recedit, & illud aliud transferretur etiam vir ipsam sequi. Quia quoad mutua bsequeua oconiugalia sunt parës. *Glof. Cap. 1. de coniu. lepro. ibi Doctores; & Sanch. d. 41.*



CAPVT III.

De Sponsalium dissolutione.

**M**ARIIS modis possunt sponsalia dissolui. Primò per Matrimonium subsequens validè celebratum cum alia persona. Quia res tradita vni per contractum indissolubilem, non potest amplius tradi, alteri, cui tantum modo est promissa: si verò Matrimonium subsequens inualidū sit priora sponsalia non dissoluantur. Quia non præstat impedimentum, quod de iure effectum non fortitur. Manet tamen alter liber *Escob. & Mand. Theol. Moral. Tom. III. P. II.*

à fide sponsalium. Quia per eam voluntatem contrahendi Matrimonium visus est alter ab sponsalibus recessisse. Cap. *1. Inter virum, & Cap. Adolefcent, de sponsal. Sanch. lib. 1. d. 48. Laym. l. 5. tr. 1. c. 1. c. 2. Syluius in suppl. q. 43. d. 2. Diana p. 1. tr. 4. resol. 109.*

Dissoluto Matrimonio subsequente, nõ manet obligatio implendi priora sponsalia iurata, nisi forrè ratione damni, v. gr. si deflorauit sponsam bonæ famæ; nec illi antea satisfecit. Quia iuramentū adhiberū fuit ad confirmandā promissionē: vnde extincta promissione, cessat etiam iuramentū obligatio. Sanch. d. 48. Hériq. *l. 11. c. 13. Filliuc. tr. 10. n. 272. felt. 2. quæstio problematicè volucnda recurret.*

Priora sponsalia nõ soluuntur per secūda etiā copula subsecuta. Quia post Tridentinum non transeunt in Matrimonium etiā affectu matrimoniali copula fiat: & hoc verū, quāvis posteriora sint iurata: iuramentum enim fuit de re iniurata, & in tortij præiudicium, quo casu non obligat. Sanch. d. 50. Filliuc. *tr. 10. n. 273. & alij.*

Secundo dissoluantur sponsalia mutuo consensu & mutua ipsorū sponforū remissione, etiam si cum iuramento facta fuerint. Quia cū huiusmodi remissio cedat in sponforum fauorē, poterūt hi cedere iuri suo: & cū iuramentū sit emissū in fauorē partis, remittente parte, Deus etiā remittit. Cap. *1. de sponsal. Sanch. d. 51. n. 8. Sa. v. sponsalia, n. 1. Filliuc. tr. 10. n. 275. Coninc. d. 23. dub. 1.*

Validitatem verò huius remissionis, annotarim primo, remissionē debere esse liberam: vnde quando alter sponsus remittit obligationem ex metu sibi inculso ab altero contrahente, sponsalia non dissoluantur. Secundo notarim, si duo impueres sponsalia contrahant, neutrum posse ante pubertatem resiliire, puberem autē factū posse quemlibet. Ratio prioris est, ne propter ætatis fragilem inconstantiam sæpe contrahant, totiesque à contracta resiliant. Posterioris autem ratio est, quia quamvis iure permittente impuberes verè sponsalibus astringantur, idē tamen ius voluit ob immaturū iudiciū, ne ita firma esset, quin eorū cuilibet pubertate adepto, resiliire liceret. Cap. *De illis dist. 1. & Cap. A nobis, de sponsal. in pub.* Vnde prius pubes factus potest statim ab sponsalibus resiliire, non expectata alterius pubertate. Si autem factus pubes, non reclamet statim, id est, intra tridū, in foro externo sponsalia confirmare censetur. At in foro conscientie satius est eum reclamare ad tollendam obligationē, qui interius statuto tempore dissentit, etsi id exterius non exprimat.

Tertiò dissoluantur per fornicationem sequentem tam viri, quàm fœminæ, etiam si sponsalia sint iurata: Idem iuris est in fornicatione spiritali, vt hæresi, apostasia, vel infidelitate. Quia est notabilis admodum mutatio. Monuerim autem nocentem semper adstrictum esse, & in casu quo vterque sit nocens, non compensari delicta. Quia tunc prior est fornicatio in fœmina, quam viro: quod verum est, licet sponsa vi cognita fuisset: non sicut vir violenter in fornicationem incidisset. Cap. *Quemadmodum, de iure iurando. Sanch. d. 55. num. 9. Syluest. verb. Sponsalia, quæst. 10. Couar. tom. 1. de sponsal. p. 1. cap. 5. num. 1. Laym. lib. 4. tr. 1. c. 10. part. 1. cap. 2. Reginald. l. 3. c. 36. num. 262.*

36 Licet fuerint sponsalia iurata dissoluta, tunc soluto Matrimonio.

37 Non soluuntur sponsalia priora per sequenda, etiam si sub sequita copula.

38 Dissoluantur mutuo sponforum consensu.

39 Quod requiratur ad confirmationem, aut remissionem huiusce ratiōis.

40 Dissoluantur per fornicationem sequentem tam viri, quàm fœminæ.

COBAR  
eob Mon  
III. IV.  
IV.

32

33

34

35